

Interpretationes referre, & re esse non duximus, cum præsertim fieri neque possit, ut tot Interpretum variaz methodi & sententiaz singillatim referrentur. Satis itaque duximus eorum varia systemata leviter tantum attingere, & illud generatim ostendere, quod ea, cui ad hæsimus, sententia & cæteris præstet, & sola sit, cui in literali Commentario subscribendum; ne per plurimas hic recenseremus opiniones, quæ non nisi agrè ab omnibus perlectæ neque ad clariorem hujus Libri lucem, neque ad nostrum institutum contulissent. Qui verò earum fortè desiderio tenerentur, videant in Criticorum Synopsi Recentiores, & potissimum Protestantæ, & apud Cornelium à Lapide. Veteres, & juniores Catholicos Interpretes. Per varias tot Authorum sententias & animos implicari, & incertos sæpissimè hæerere experientia didicimus; quare, ne Lectores in incerta vagentur, in rebus perpendendis & fecernendis opinionibus, Authoribus est elaborandum.

Morales Interpretes hic non moramur. Ex verò sunt plerorumque Protestantium explanationes, ut dignæ minimè sint, quæ tantummodò referantur. Grotius & Hammondus præ fratrum suorum plerisque saniori consilio historicè Apocalypsim exhibent, & omnia fermè, quæ post caput tertium asferuntur, de calamitatibus explicant, quibus, Nerone & Vespasiano imperantibus, Judeæ Ecclesia confecta ingemuit. In hoc adducti sunt systema, quod Chronologiæ errorem ab Epiphano haurientes (q), S. Joannem in Pathmos Insulâ sub Claudio exulasse putaverint, cum sanè id Irenæo (r), Eusebio (s), aliisque innumeris testibus, annuo circiter Christi 94. Domitiano imperante, contigerit.

D. Bossuet (t) Meldensis Episcopus post tria prima Capita, quæ ad septem Asiæ Ecclesias pertinent, eas calamitates, quibus Ecclesia ab Imperatoribus Ethnicis usque ad Constantini pacem, & quibus deinde ab Apostatâ Juliano conficienda fuerat, victorias etiam ab eadem Ecclesiâ de suis persecutoribus referendas; ultionem denique de Româ, & Romano Imperio per plagas, & per barbarorum impetus quarto & quinto sæculis divinitus exposcendam, S. Joannem prænucciasse contendit.

Quamvis verò hujus doctissimi Episcopi Opus nonnulli parvi æstimarint, illud nihilominus sanè est pronuciandum, quod & rem ipse tetigerit, & ad eam arcana Libri mysteria præ cæteris patefecerit. Esto, singula historica facta Apocalypsis figuris non omninò feliciter accommodant; ejus profectò systema cæteris præstat, facillimè defendi potest; imò & præclarum, aliquid de Apocalypsi quis proferre, si cupiat, licet singulis peculiaribus Bossueti sententiis non subscribat, ad ejus methodum tandem confugiat necesse profus esse censemus.

D. de la Chetardye S. Sulpicii Parisiis Parochus, quemadmodum D. Bossuet, Apocalypsim historicè explanavit. Prioribus tribus Capitibus, de quibus sat con-

q Epiph. hæres. 51.

r Iren. 1.5.c. 30.

s Euseb. in Chronic. ad an. 14. Domitian. & hist. 1.3.c.18.

t Bossuet in Apocalypsi.

stat inter omnes, quod universalem Ecclesiam non afficiant, de Minoris Asiæ Ecclesiis interpretatus, per quartum, & quintum caput, quibus Dei gloria & magnificentia S. Joanni exhibita describitur, proximè consequentibus visionibus viam tantummodò sterni ostendit. Capitibus deinde 6. & 7. & 8. & 9. & 10. & 11. septem sigillis, quæ Agnus aperuit, septem Ecclesiæ ætates designat. Grando sanguine & igni immixta primam ætatem significat, tempus nempe Martyrum, ab Ecclesiæ exordio usque ad Constantinum. In secundo sigillo eques stridit gladio bellicis, & dissensionibus orbem concutiens, designat hæreses, quæ persecutiones subsecutæ sunt; sigillum tertium, & tertia tuba ferens equitem equo nigro insidentem, & famem habentem in comitatu, tertiam Ecclesiæ ætatem innuit, quæ Barbari à suis regionibus egressi, Romanum Imperium invaserunt, & Provincias diripiunt.

Sigillum quartum, seu quarta tuba hominem morti simillimum, equo pallido vectum, inferno comitante, & in quatuor Orbis partes pestem, famem, & bellum inferentem producit: quo emblemate quarta Ecclesiæ ætas exprimitur, Græcæ Ecclesiæ schismate, & Mahometismo funestata. Quinto recluso sigillo, quintaque clangente tubâ sydes de celo delapsus Lutheri Sacerdotis & Religiosi apostasiam designat; cujus ab Ecclesiâ defectio bella, hæreses, & innumeras calamitates invenit. Ubi sexta tuba sonitum edidit, innumerus hostium exercitus terram invasit, tertiâ hominum parte interfectâ. Hanc prophetiam Author non explicat, quod non dum impletam, sed futuram, & sextâ Ecclesiæ ætate adimplendam putaverit; Angelus enim capite 7. S. Joanni Judæos ad Fidem traducendos ostendit. Angelus præterea capite 10. mundi finem, & capite 11. Henoch, & Eliæ adventum, & Anti Christi utrumque Prophetam interficientis regnum prænucciat. Aperto denique sigillo septimo, & septimâ clangente tubâ postremum instituitur Judicium, & Jesus Christus, Angelis, & Sanctis comitantibus, de Cælo descendit cap. 11. & sequi.

Is juxta hunc Authorem generalis Apocalypsis scopus. S. Joannes capite duodecimo, & deinceps ad primam suæ Prophetiæ partem conditam Ecclesiam, persecutiones obeundas, & ejusdem de persecutoribus victorias respicientis revertitur. Sole amicta & Lunam calcans mulier Ecclesiam exprimit. Draco capitibus septem, & decem cornibus caudaque tertiam stellarum partem de Cælo præcipitem trahens Demone refert, qui à septem Imperatoribus, per septem capita designatis, & à decem persecutionibus, per decem cornua expressis, adjutus, mulierem ejusque filium vorare, Ecclesiam nempe & Fideles evertere conatur. Verùm Dracone à S. Michæle profigato, Constantinus septem cæcis Tyrannis, Imperio potitur. Septimus superest post Constantinum excitandus, nempe Julianus Apostata, cujus persecutiones capite

capite 13. & 14. referuntur. Tandem Deo tot flagitia ulciscente, Barbari in Romanum Imperium irruunt, totumque discerpunt. Angeli verò septem phialis effusis, Romam, ejusque Imperium omnibus omnino calamitatibus obruunt. Hæc capitibus 15. & 16. & 17. & 18.

Post Romani Imperii excidium solemnes Agni Nuptiæ celebrantur, & serpens antiquus vinculis addicitur. Hic Ecclesiæ status usque ad Anti Christi adventum, cujus persecutiones capite 19. referuntur. Deus verò Ecclesiæ suæ opitulatur; Jesus Christus de Cælo descendit; Judicium pronuciatur, bestia in inferos detruditur; Iusti in Cælos regnaturi ascendunt unâ cum Christo, cujus imperium capitibus 21. & 22. magnificè describitur. Hæc interpretatio, quam D. de la Chetardye in Apocalypsim exhibet. Nos verò illud veremur, ne hæc Ecclesiæ in sex ætates distributio arbitrio nimium nitatur, & ne regressus à capite 11. quod de postremo Judicio is Author explicat, ad Ecclesiæ confirmationem, capite 12. & sequi. juxta eundem exhibitam, plus æquo detortus judicetur. Quarta denique Ecclesiæ ætas, quam à Mahometo usque ad Lutherum collocat, cui nempe millenarium circiter tribuit, si cum cæteris conferatur, protracta nimium videtur. De singulis & peculiaribus explanationibus hic non inquirimus, ne longius à scopo abducamur.

Abbas du Pin paulò post Apocalypsim explicans, latiori quàm Bossuet, & de la Chetardye, viâ incedit. In peculiaribus Historiæ eventibus perquirendis, ut singulis singulas S. Joannis prophetias accommodet, non immoratur, sed tria prima Apocalypsis capita ad septem Asiæ Ecclesias, tria ultima ad mundi finem, ad Judicium postremum, & ad Justorum felicitatem, respicere tantum arbitrat; cætera verò de Ecclesiâ persecutionibus affectâ, de persecutorum supplicio, & de Idololatriæ excidio generatim interpretatur. S. Joannes ad Fidelium solatium varias inducit figuras, quæ ad eundem scopum collinant.

Qui singulas visiones de peculiari eventu explicare aggrediuntur, de hujus Authoris sententiâ rem non modò arduam, nulloque exitu absolvendam, verùm etiam S. Joannis menti contrariam suscipiunt. Singule autem visiones non ad hoc magis, quam ad illud respiciunt. Septem bestiarum capitibus septem designari addit idololatrias Imperatores, qui postremam adversus Ecclesiam persecutionem excitarunt, Diocletianum nempe, Maximianum, Galerium, Severum, Maxentium, Maximinum, & Licinium: quam adhuc explanationem veluti conjecturam exhibet; adeò, ne incerta proferat, veretur.

Methodus hæc sanè facilis, quæ unico simul ictu innumeras difficultates præcidit; neque enim historis nimium perquirendis incumbere adigitur, neque sibi hypotheses & conjecturas incertas producendi periculum creat. Innititur quidem historis, quas ponit, quamvis nimium non perferretur eventus, ut singulas vaticiniorum circumstantias impletas ostendat. Verùm, ut sententiam meam proferam, animus huic penitus non acquiescit, & inter ejus vagas explanationes veluti errat, & innatat. Apocalypsim, quemadmodum Prophetias cæteras, & ad generalem, & ad peculiarem scopum respicere putamus. Isaias, Jeremias, Ezechiel de Jerosolymæ excidio, de Judæ captivitate, & à captivitate regressu loquuntur: Babylonem etiam, & Caldæorum Imperium evertenda commemorant. Daniel Antiochi Epiphaniis adversus Judæos persecuciones plurimis figuris exhibuit. Neque de singulis his Prophetæ generatim meminere, sed tempus, durationem, autores, circumstantias demum singulas figuris expressas recensuerunt. Quamobrem Interpretes singula omnia in Historis perquirunt, figurarum sensum exoromunt, prænucciantos eventus suâ etiam chronologiâ confirmant. Cum præterea Daniel v.g. eventum nobis exhibuerit ita circumstantiis instructum, ut, ipsâ historiâ nil fermè referente accuratius, eandem Prophetiam post exitum supplicium Porphyrius defenderit; illud sanè constat, quod res & peculiariter fuerint prænucciantæ. Quare si veterum Prophetarum adversus Ninivem, Babylonem, & Egyptum singula adimpleta ostendere modò non possumus, in earum ætatum Historias, quibus destitutum, est referendum. Simile quid & de Apocalypsi perhiberi cur non potest? Plurima ejus vaticinia jam completa ceritò scimus; earumque ætatum, de quibus ibi sermo, historiam optimè novimus. Cur igitur peculiare hujus Historiæ eventus hujus prophetiæ figuris non accommodemus? Cur in circumstantiis perquirendis, in conferendis figuris, & in eventibus ab Apocalypsi designatis, per Romanas & Ecclesiasticas Historias adimpletis ostendendis non elaboremus?

Differt. Calmet Tom. II.

Posse quidem quempiam interdum decipi, & incertas producere conjecturas, ultro fatemur. Lector verò queri non debet, si Scriptor suas interpretationes modeste exhibens, huic vel illi prophetiæ Historiam, aliquam accommodet, ut integra tamen omnia Lectoris judicio & censura relinquat. Equidem ita cenfeo, ab Interprete Apocalypsis illud exigere, ut periculum interdum errandi in se sumat. Iniquum verò esset, si ab eo demonstrationes, & certissima argumenta postularentur. Illud utique satis superque fuerit, si explicatio speciem veri præferat, neque Prophetæ menti contrarium quidquam contineat; si præterea Vates de rebus ante Prophetiam peractis loquens non inducatur; vel id ab eodem prænucciatum non ostendatur, quod ad suum generalem scopum, per characteres ita sensibiles semper exhiberi solitum, ut nemo de eo decernendo decipi queat, nullatenus respiciat. Hæc methodo usi sunt peritiores Interpretes, qui Veteris Testamenti Prophetis explicandis operam navarunt; hanc & nos sequemur in Apocalypsis interpretatione, S. Joannem tot circumstantiis adjunctis, & descriptionibus peculiare nil voluisse designare vix credimus.

SS di.

dimus; si verò ea omnia quid significant, & per historias sunt adimplenda, quare, ut ad literam & historicè impleta ostendatur, non sit elaborandum?

ARTICULUS III.

De Apocalypsis Autore, & de Canonicà ejus auctoritate.

AN S. Joannes Apocalypsim scripserit, olim dubitatum. Sunt, qui eam à Cerintho, excentis primi sæculi hæresarchâ, ut deliramentis suis auctoritatem vindicaret, exaratam putent. Cerinthum suam edidisse Apocalypsim certò constat (u); quam Baronius S. Joannis nomine ab eodem evulgatam arbitratur. Aliam tamen fuisse ab Joannis Apocalypsi, à Patribus perspicuum prorsus accipimus [x].

Quòd ea verè Apocalypsi inisset obsecratur, ut à Lectorem perspicue percipere nequiret, illud satis contulit, ut Apocrypha crederetur (y). Prophetiæ antequam adimpleantur, obscurissimæ sunt; donec autem earum clavis abditur, clausæ quidem manent, nobisque inutiles. Grotius conjecturâ ducit, idcirco etiam quibusdam sæculis à nonnullis Ecclesiis Apocalypsim fuisse rejectam, quòd perrand occurreret, quòdque ab Episcopis cautè abditâ servaretur, ne Imperatorum, de quibus subobscurus quidem, sed rem ferid investigantibus perspicuus etiam in ea sermo, in se iram concitarent. Præterea, cum Gog & Magog, Millenariorum regni, primæ cujusdam resurrectionis, & novæ Jerusalem, quibus omnibus Cerinthiani, & Fideles nonnulli hebraizantes abutebantur, in eadem occurreret mentio, in Ecclesiarum Tabulariis condita, ne ab omnibus promiscuè legeretur, cautè & consultò servari consueverat.

Hanc sæculo secundo Marcio & Cerdo rejecerunt. Cajus Ecclesiæ Romanæ Presbyter (z), ut Millenariorum, qui Apocalypsis auctoritate potissimum nitebantur, errorem everteret, eam non à S. Joanne, sed à Cerintho editam asseruit. In quam sententiam, teste Dionysio Alexandrino, etiam Catholicis plurimi devenere. Ipse verò Dionysius tertii sæculi Scriptor (a), à viro quidem probo & inspirato, Joannis, ut pluries in eadem Apocalypsi vocatur, nomine conscriptam putabat; an verò à Joanne Evangelistâ, incertum hærebatur. Libri stilus & Authoris ingenium ab Joannis Evangelistæ primâ Epistolâ, & Evangelio ipsius satis videbantur abesse, quòd eandem elocutionis puritatem, & verborum delectum non præferrent. Quare vel Joanni Marco, de quo in Actis Apostolorum, vel alteri Joanni, cujus sepulchrum propè tumulum S. Joannis Evangelistæ Ephesi videbatur, fatiùs adscribendam duxit.

Quarto sæculo Alogi, Arianorum sectæ, de quibus apud S. Epiphanium (b), eam idcirco rejecerunt, quòd ibi Dei Filium, sicuti in Evangelio ab ipsis quoque

rejecto; S. Joannes Verbum appellet. Et præterea objiciebant, quòd de Thyatiræ Ecclesiâ, quæ nunquam extiterat, meminisset: quam quidem eorum ætate à Manichæismo penitus infectam fatemur; sed dum floreret Joannes, Catholicam, & paulò post Alogos, rejectis erroribus, ad Fidem reversam comperimus. Quinto etiam sæculo de Apocalypsi disceptatum. Græci Hieronymi ætate, ut ipse testatur (c); adhuc eam non exceperant; quare neque à Concilio Laodiceno (d), neque à S. Cyrillo Jerosolymitano (e), neque à Gregorio Nazianzeno (f); in suis Catalogis recenserunt. Amphilochio teste à nonnullis exceptâ, plerisque respuebatur (g); Epiphanius verò (h) eam quidem complectitur, sed rejicientes improbare non audebat. Author quidam S. Hieronymi nomine falsè editus, ei tamen vel omnino vel ferè me coævus (i), in Provinciis, in quibus scribebat, nempe, ut credimus, in Palestina, Apocalypsim suâ ætate minime recipi, sed à Regionibus Occidentalibus, & à Phœnicia & Ægypti Provinciis, veluti Canonicâ, fidem adhiberi testatur: quam præterea à Veteribus Ecclesiasticis Authoribus, Irenæo, Polycarpo, Dionysio Alexandrino, Cypriano receptam, allegatam, & explicatam affirmat. Unanimitè omnium consensu canonicè auctoritatis habita esse videtur quinto ab hinc sæculo usque ad postremarum hæresium ætates; Calvinus enim, Lutherus, & alii eam à Canone divulserunt.

Ante annum 210. canonicam Apocalypsis auctoritatem à nemine impugnatam, aut eandem S. Joanni creptam Millius defendit (k); nisi fortè id Marcio præstiterit, qui omnes Novi Testamenti Scripturas contemptui habebat. Cajus Romanus Presbyter omnium primus, quamvis non dolo malo, dubium invexit; cum enim Millenariorum errorem impugnet, Libri illius, à quo præcipuum hæreticis illis argumentum, auctoritatem improbare è re esse duxit; seque unico impetu eorum penitus ædificium everfarum putavit, si fundamentum deleteret. Quamobrem Apocalypsim Cerintho adscripsit, eo fortè deceptus, quòd hujus Hæresarchæ Liber eodem Apocalypsi titulo inscriberetur.

Verum S. Justinus (l), & S. Irenæus (m), Cajo vetustiores, S. Joannem Christi Apostolum ejus Authorem testantur. Tertullianus (n), S. Hippolytas (o), Origènes (p), S. Victorinus (q), Eusebius (r), S. Athanasius (s), S. Hilarius (t), S. Basilius (u), S. Gregorius Nyssenus (x), S. Ambrosius (y), S. Paulinus (z), S. Epiphanius (a), S. Hieronymus (b), S. Augustinus (c), & alii veluti canonicam S. Joannis Scripturam allegant; quæ etiam ab aliis plurimis, nempe S. Clemente Alexandrino (d), S. Cypriano (e), Firmico Materno (f), S. Macario Ægyptio (g), S. Paciano (h), & aliis veluti Scriptura Sacra, Authoris tamen suppreffo nomine producitur. Quidam denique nil Joannis nomini addentes, S. Joanni tribuunt. Hujusmodi fuisse Theophilus

k Mill. Prolog. in Apoc. Iustin. Dialog. cum Tryph. m ren. l. 5. c. 1. & apud Euseb. l. 5. c. 8. &c. n Tertull. Scorpiac. c. 12. contr. Marcion. l. 3. c. 14. Præscript. c. 33. o Hippolyt. Tract. contr. Noet. Bibl. PP. tom. 1. p. 623. & de Anti-Chr. p. 48. p Origen. hom. 7. in Josue & præfat. in Evang. Jo. p. 5. q Victorin. in Apoc. Bibl. PP. t. 1. p. 576. r Euseb. Chron. ann. 14. Domitian. u Athanas. in Synops. t Hilar. l. 6. de Trinit. p. 44. u Basil. in Euseb. l. 2. x Nyssen. hom. de ordinat. suâ. y Ambros. in Symbol. c. 27. & ep. Chrymat. z Paulin. Ep. 24. a Epiphani. hæres. 51. c. 32. b Hier. in Catalog. & in Ezech. 43. c Aug. Tract. 13. & 36. in Joan. d Clem. Alex. Pedag. l. 2. c. 10. e Cyprian. Ep. 63. f Firmic. Matern. contr. Idol. c. 20. g Macar. hom. 30. h Pacian. Ep. 1. Bibl. PP. t. 3.

u Theodoret. hæretic. fabul. l. 2. c. 3. x Vide Tillermont. not. 2. in Cerinthianos. y Dionys. Alex. apud Euseb. l. 7. c. 25. Hist. Eccl. z In Disceptatione adversus Proclum Catabrygum caput. a Dionys. Alex. loc. cit. b Epiphani. hæres. 52. c. 3. p. 423. c Hieronym. Ep. 129. ad Dardan. Quòd si epistolam ad Hebræos Latinorum consuetudo non recipit inter Scripturas Canonicas, nec Græcorum quidem Ecclesiæ Apocalypsim Joannis eadem libertate suscipiunt; & tamen nos utraque suscipimus, nequam hujus temporis consuetudinem, sed veterum Scriptorum auctoritatem sequentes, qui plerumque utriusque abutuntur testimonio. d Laodiceen. Concil. c. 60. e Cyrill. Jerosol. Cathed. 4. f Gregor. Nazianz. c. 34. g Amphilocho. in Catalog. h Epiphani. hæres. 51. c. 32. i In explicat. Psal. 1. in nov. edit. S. Hieronym. p. 526.

ARTICULUS IV.

Quo tempore, loco, & idioma scripta Apocalypsis. De stilo judicium.

Apocalypsim in Pathmos Insulâ scriptam fuisse, ab ipso ejus Authore docemur: Ego, inquit, fui in Insulâ, quæ appellatur Pathmos, propter verbum Dei, & testimonium Jesu (d). Qui eam adscripsit Cerintho, Joannis nomine ab eodem editam fortè putarunt; Cerinthum enim nunquam in Pathmos exulasse certò scimus; Veteres autem de S. Joannis in eadem Insulâ exilio vulgò omnes meminere; idque etiam S. Irenæus (e), Eusebius (f), S. Hieronymus (g), S. Victorinus (h), & alii plurimi testantur. Solus Epiphanius S. Joannis exilium Claudio, non verò Domitiano, imperante collocat; cui, ut offendimus, & Grotius adhæsit. Ligfootus, & Hammondus Grotio subscribunt. Salmeron, Hentenius, & P. Possinus Apocalypsim ante Jerosolymæ excidium conscriptam tuerentur. Vulgò tamen & Veteres, & recentiores Interpretes inter Christi annos 94. & 96. exaratam statuunt. Illis sub Domitiano scripta est, his post eisdem Imperatoris interitum, cum S. Joannes restitutus est. Addit Grotius, Eusebii testimonio assertum esse, quòd S. Joannes suam Apocalypsim Ephesi ediderit; qua de re nil prorsus apud Eusebium. Verum S. Victorinus Petavienfis Episcopus ab Joanne post exilium editam arbitratur (i).

Scaliger (k) Apocalypsim primò Hebraicè exaratam credidit, cui quidem à nemine adhibita fides. Omnes omnino Græcè scriptam vel putant, vel affirmant: quòd Textus ipse satis ostendit. Deus enim ibi pluries de se ipso enunciat; Ego sum Alpha & Omega. Id autem Hebraicè neque significaret, neque perciperetur, cum Omega non modò non sit literarum Hebraicarum postrema, verum etiam ad Hebraicum Alphabetum nullatenus pertineat. S. Dionysius Alexandrinus (l) Evangelii & primæ S. Joannis Epistolæ stilum ab Apocalypsi abhortere penitus asserit. Illa enim, addit, phrasium elegantiam, & sermonis puritatem barbarissimis, solæcismis, & idiotissimis prorsus immunem præferunt; quippe Deus scientiæ & eloquentiæ munere Discipulum Dilectum instruxerat. Hæc verò elocutionem non omnino Græcam, quandoque etiam barbarissimis, vel solæcismis vitiatam exhibet. Sed demum ab exemplis eâ de re producendis ob reverentiam abstinere concludit, cujus præterea idcirco tantum se meminisse testatur, ut & studiosè rem perpendisse, & stili varietatem se comperisse palam omnibus faceret.

Si stili diversitas Opus aliquod ab Authore aliquo certò abjudicaret, Apocalypsis S. Joanni utique adscribenda non esset. Plurima verò, ætas nempe, temporum

i Clem. Alex. l. 6. Stromat. k Apoll. lit. 5. ad Novat. c. 18. l Method. apud Phot. Cod. 234. m Athanas. Orat. 3. contr. Arian. n Phebad. contr. Arian. ibid. tom. 4. Bibl. PP. p. 175. o Nazianz. orat. 32. p Rufin. Exposit. Symbol. apud Cyprian. p. 541. q Concil. 3. Carthag. art. 397. can. 47. r Innoc. I. Ep. 3. c. 7. s Sulpit. Sever. Hist. l. 2. t Apoc. 1. 9. u Apoc. 1. 2. x Joann. 19. 35. y Apoc. 5. 7. z Euseb. Confer. cum Joann. 1. 29. 36. a Apoc. 19. 13. Confer. cum Jo. 1. 1. & cum 1. Joann. 1. 1. & 5. 7. b Titul. in editis.

b Isai. 41. 23. Annunciate, quæ ventura sunt in futurum, & sciemus, quia Divi estis vos. c Hieronym. in Catalog. in Joann.

Antiochenus Episcopus, S. Clemens Alexandrinus (i) Apollonius [k], Author Tractatus adversus Novatianos apud S. Cyprianum, S. Methodius (l), S. Athanasius [m], S. Pheadius Agenni Episcopus (n), S. Gregorius Nazianzenus (o), Rufinus (p), Concilium Carthaginiense tertium (q), & Innocentius I. (r). Post tot, tantaque testimonia, an Apocalypsis canonica sit, an S. Joannes Evangelistâ ejus fuerit Author, jure ne quis dubitaret? Ipsi Protestantes, ambigentibus licet prioribus illis Sæcæ Authoribus, eam nihilominus ultrò recipiunt, Beza præterea strenuè tuetur, & difficultatibus ab adversariis productis studiosè respondet. Argumenta Dionysii Alexandrini in dubium revocantia, num Opus Joannis sit, facile corrumpunt; stilus enim à cæteris Joannis Scripturis abhorret quidem, sed non multum; quædam verò, quæ præfertur varietas, in rerum diversitate est referenda. Sulpicius Severus (s) certammodò congruunt, sese ibi exhibet (t): Ego Joannes... fui in Insulâ, quæ appellatur Pathmos, propter verbum Dei, & testimonium Jesu. Et alibi (u): Qui testimonium perhibuit verbo Dei, & testimonium Jesu Christi quacumque vidit. Quæ quidem us respondet, quæ S. Joannes in Evangelio scripsit (x): Et qui vidit, testimonium perhibuit: & verum est testimonium ejus. Verba denique ibi occurrant S. Joanni peculiaribus, quibus Filium Dei Agnum (y), Verbum (z) appellat. Sententiam, quæ Apocalypsim Cerintho adscribit, retundere supervacaneum ducimus, cum hujus Hæresarchæ errores ab eâ validissimè oppugnentur. Theologi etiam cognomen (a), quo ejus Author inscribitur, à S. Joanne scriptam ostendit; ita enim, quòd præ cæteris subtilius de Divinitate scripserit, à Veteribus appellari consuevit. Vulgata Apostolorum tantummodò inscribit. Variata Græca Exemplaria; nonnulli etiam Theologi nomini Apostolorum & Evangelistam apponunt. Apocalypsis denique doctrinæ puritate, & excellentiâ, vaticinios de futuro Ecclesiæ statu eventum omnino adimplet, omnes Divinitatis Characteres ostendat. Nullum enim nobis Operis inspirati & Divini certius argumentum, quam futurorum per eventum impleta prædictio (b). Nil præterea in Apocalypsi, quod S. Joannis vitæ & doctrinæ adversetur. In eâ denique S. Joannes veluti Ecclesiæ Asiæ Apostolus & Præsul loquens inducitur (c), suas de Divinitate sententias præstantissimæ exhibet, & prophetarum, atque Judæorum consuetudinem peritissimum se ostendit.

d Apoc. 1. 9. e Iren. l. 5. c. 30. f Euseb. in Chron. ad ann. 14. Domitian. g Hieron. in Catalog. h Victorin. in Apoc. i Victor. Petav. in Apoc. cal. p. 579. De Scaligeri. na. l Dionys. Alex. apud Euseb. Hist. Eccl. l. 7. c. 25.